N. 2032.

CURENDA VII.

A. D. 1869.

Nr. 69 praes.

Dilecti in Xto Fratres!

Praesentibus communicamus Vobis litteras Apostolicas Sanctissimi Dni Nostri Pii Divina Providentia Papae IX. quibus ex occasione Concilii Oecumenici, jam Encyclica de 13. Sept. 1868 indicti, ac 8. Dec. 1869 festo Immaculatae Conceptionis B. V. Mariae inchoandi, conceditur omnibus Christifidelibus *Indulgentia plenaria in forma Jubilaei.*

Concilium etenim Oecumenicum, eventus volventibus saeculis summi momenti, quod qua aurora novae ac felicioris aerae a multis salutatur, ut fructus ferat uberrimos ac saluberrimos, Deus enixe est implorandus; quo autem promptius ac libentius Christifideles id peragant, precesque eorum Deo sint acceptiores, gloriosissimus Papa Noster Pius IX. thesauros eccl. aperit, atque indulgentiam plenariam cum omnibus privilegiis Jubilaei a 1. Junii a. c. Romae, alibi vero tempore ab Ordinariatibus praefigendo lucrandam promulgat. Proin dilecti in Xto Fratres! proximo tempore collatis cum aliis Ordinariatibus consiliis et terminum et modum atque ordinem peragendae devotionis hujus quasi Jubilaei in Nostra Dioecesi celebrandi Vobis significabimus, libellique ad hancce devotionem accommodati directe ad quamvis parochiam transmittentur.

Interim populum edocete, ut se mature pro adipiscenda hacce Indulgentia ac rite peragenda Confessione s. praeparet, praeprimis quum Confessariis amplissima datur facultas absolvendi ab omnibus (paucis exceptis) tam Sedi Apostolicae quam Nobis reservatis casibus.

Inde vero a 1. Junii quilibet Sacerdos tam saecularis quam regularis tenetur in Missae Sacrificio quando rubricae id permittunt, praeter obligatorias hucusque duas collectas: contra persecutores Ecclesiae et pro Papa, adhuc addere *Collectam de Spiritu Sancto* idque usque ad diem, quo Oecumenica Synodus finem habuerit; in ecclesia cathedrali a Canonicis et in singulis cujusque religiosae familiae ecclesiis regularium, qui conventualem Missam celebrare tenentur, quavis feria V (quinta), qua festum dupl. I eccl. II. clas. non agatur Missa votiva de Spiritu S. praeter Missam conventualem celebranda erit, quin tamen haec de Spiritu S. Missa ullam habeat applicationis obligationem.

Denique in memoriam revocamus ordinationem Nostram de 12. Febr. 1867 N. 28 praes. adusque vigentem, ut preces supplicatoriae incipientes cum verbis: Spojrzyj Obrońco nasz Boże . . . . , ulterius quoque recitentur.

⁄. Unum exemplar harum precum accluditur. ⁄.

Dabamus in Aedibus Nostris Tarnoviae die 10. Maji 1869.

Jam vero supra attactae Litterae Apostolicae verbotenus ita sonant: —

Omnibus Christifidelibus praesentes litteras inspecturis

PIUS PP. IX.

Salutem et Apostolicam benedictionem.

Nemo certe ignorat, Oecumenicum Concilium a Nobis fuisse indictum in Basilica

Nostra Vaticana die 8 futuri mensis Decembris Immaculatae, Sanctissimaeque Deiparae Virginis Mariae Conceptioni sacro inchoandum. Itaque hoc potissimum tempore nunquam desistimus in humilitate cordis Nostri ferventissimis precibus orare et obsecrare clementissimum luminum et misericordiarum Patrem, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum descendit 1), ut mittat de caelis sedium suarum assistricem sapientiam, quae Nobiscum sit, et Nobiscum laboret, et sciamus quid acceptum sit apud eum 2). Et quo facilius Deus Nostris annuat votis, et inclinet aures suas ad preces Nostras, omnium Christifidelium religionem, ac pietatem excitare decrevimus, ut, conjunctis Nobiscum precibus, Omnipotentis dexterae auxilium, et caeleste lumen imploremus, quo in hoc Concilio ea omnia statuere valeamus, quae ad communem totius populi christiani salutem, utilitatemque, ac majorem catholicae Ecclesiae gloriam et felicitatem, ac pacem maxime pertinent. Et quoniam compertum est, gratiores Deo esse hominum preces si mundo corde, hoc est animis ab omni scelere integris ad ipsum accedant, iccirco hac occasione caelestes Indulgentiarum thesauros dispensationi Nostrae commissos Apostolica liberalitate Christifidelibus reserare constituimus, ut inde ad veram poenitentiam incensi, et per Poenitentiae Sacramentum a peccatorum maculis expiati, ad Thronum Dei fidentius accedant, ejusque misericordiam consequantur, et gratiam in auxilio opportuno.

Hoc Nos consilio Indulgentiam ad instar Jubilaei Catholico **Orbi** denunciamus. Quamobrem de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi ex illa ligandi, ac solvendi potestate, quam Nobis Dominus licet indignis contulit, universis ac singulis utriusque sexus Chrtstifidelibus in alma Urbe Nostra degentibus, vel ad eam advenientibus, qui a die primo futuri mensis Junii usque ad diem, quo Oecumenica Synodus a Nobis indicta fuerit absoluta, S. Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, et Sanctae Mariae Majoris Basilicas, vel earum aliquam bis visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium pro omnium misere errantium conversione, pro sanctissimae fidei propagatione, et pro catholicae Ecclesiae pace, tranquillitate, ac triumpho devote oraverint, et praeter consueta quatuor anni tempora tribus diebus, etiam non continuis, nempe quarta et sexta feria, et Sabbato jejunaverint, et intra commemoratum temporis spatium peccata sua confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum reverenter susceperint, et pauperibus aliquam eleemosynam, prout unicuique devotio suggeret, erogaverint, ceteris vero **extra Urbem** praedictam **ubicumque degentibus**, qui **Ecclesias ab Ordinariis locorum**, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de illorum mandato, et, ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad illorum notitiam hae Nostrae Litterae pervenerint, designandas, vel earum aliquam praefiniti temporis spatio bis visitaverint, aliaque recensita opera devote peregerint, plenissimam omnium peccatorum suorum, remissionem et Indulgentiam, sicut in anno Jubilaei visitantibus certas Ecclesias intra, et extra Urbem praedictam concedi consuevit,

---

1) S. Jac. c. 1. v. 17. 2) Sapient. cap. 9. v. 4. 10.

tenore praesentium misericorditer in Domino concedimus atque indulgemus, quae Indulgentia animabus etiam, quae Deo in caritate conjunctae ex hac vita migraverint, per modum suffragii applicari poterit.

Concedimus etiam, ut navigantes, atque iter agentes quum primum ad sua se domicilia receperint, operibus suprascriptis peractis, et bis visitata Ecclesia Cathedrali, vel propria **Parochiali loci** ipsorum domicilii eamdem Indulgentiam consequi possint, et valeant. Regularibus vero personis utriusque sexus etiam in claustris perpetuo degentibus, nec non aliis quibuscumque tam laicis, quam saecularibus, vel regularibus, itemque in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui memorata opera, vel eorum aliqua praestare nequiverint, ut illa Confessarius ex actu approbatis a locorum Ordinariis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quae ipsi poenitentes efficere possint cum facultate etiam dispensandi super Communione cum pueris, qui nondum ad primam Communionem admissi fuerint, pariter concedimus atque indulgemus.

Insuper omnibus et singulis Christifidelibus Saecularibus et Regularibus cujusvis Ordinis et Instituti, etiam specialiter nominandi, licentiam concedimus, et facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tam Saecularem, quam Regularem ex actu approbatis a locorum Ordinariis (qua facultate uti possint, etiam Moniales, Novitiae, aliaeque mulieres intra claustra degentes, dummodo Confessarius approbatus sit pro Monialibus), qui eos ab excommunicationis, suspensionis, aliisque ecclesiasticis sententiis, et censuris a jure vel ab homine quavis de causa latis vel inflictis praeter infra exceptas, nec non ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus et delictis quantumvis gravibus et enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, et Sedi Apostolicae speciali licet forma reservatis, et quorum absolutio alias quantumvis ampla non intelligeretur concessa, in foro conscientiae, et hac vice tantum absolvere, et liberare valeant; et insuper vota quaecumque etiam jurata, et Sedi Apostolicae reservata (castitatis, religionis, et obligationis, quae a tertio acceptata fuerit, seu in quibus agatur de praejudicio tertii semper exceptis, quatenus ea vota sint perfecta et absoluta, nec non poenalibus, quae praeservativa a peccatis nuncupantur, nisi commutatio futura judicetur ejusmodi, ut non minus a peccato committendo refraenet, quam prior voti materia) in alia pia et salutaria opera dispensando commutare, injuncta tamen eis, et eorum cuilibet in supradictis omnibus poenitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

Concedimus insuper facultatem dispensandi super irregularitate ex violatione Censurarum contracta, quatenus ad forum externum non sit deducta, vel de facili deducenda. Non intendimus autem per praesentes super alia quavis irregularitate sive ex delicto, sive ex defectu, vel publica, vel occulta, aut nota, aliaque incapacitate, aut inhabilitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere super praemissis dispensandi, seu ha-

bilitandi, et in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiae, neque etiam derogare Constitutioni cum appositis declarationibus editae a fel. rec. Benedicto XIV. Praedecessore Nostro „*Sacramentum Poenitentiae*“ quoad inhabilitatem absolvendi complicem, et quoad obligationem denunciationis, neque easdem praesentes iis, qui a Nobis, et ab Apostolica Sede, vel aliquo Praelato, seu Judice Ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias, et censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus praefinitum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint nullomodo suffragari posse aut debere. Quod si intra praefinitum terminum judicio Confessarii satisfacere non potuerint, absolvi posse concedimus in foro conscientiae ad effectum dumtaxat assequendi Indulgentias Jubilaei, injuncta obligatione satisfaciendi statim ac poterunt.

Qnapropter in virtute sanctae obedientiae tenore praesentium districte praecipimus, atque mandamus omnibus, et quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis et Officialibus, vel ipsis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, ut, cum praesentium Litterarum transumpta, aut exempla etiam impressa acceperint, illa, ubi primum pro temporum ac locorum ratione satius in Domino censuerint per suas Ecclesias ac Dioeceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, et loca publicent, vel publicari faciant, populisque etiam Verbi Dei praedicatione, quoad fieri possit, rite praeparatis, Ecclesiam, seu Ecclesias visitandas pro praesenti Jubilaeo designent.

Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, praesertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Indulgentiarum, et facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari possint, nec non regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, et Congregationum, sive Institutorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel qnavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, et Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu alia quaevis expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis, ac formam in iis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, et expresse ad effectum praemissorum, derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Praecipimus autem, a commemorato die primo Junii usque ad diem, quo Oecumenica Synodus finem habuerit, ab omnibus universi catholici Orbis utriusque Cleri Sacerdotibus quotidie **addi in Missa orationem de Spiritu Sancto,** deque eodem Sancto Spiritu divinum, praeter consuetam Missam Conventualem, Sacrificinm fieri in omnibus hujus Urbis Patriarchalibus, aliisque Basilicis, et Collegialibus Ecclesiis, nec non in cunctis totius orbis

Cathedralibus et Collegiatis Ecclesiis ab earum Canonicis, atque etiam in singulis cujusque Religiosae Familiae Ecclesiis Regularium, qui Conventualem Missam celebrare tenentur, **feria quaque quinta. qua festum duplex primae et secundae classis non agatur,** quin tamen haec de Spiritu Sancto Missa ullam habeat applicationis obligationem.

Ut autem praesentes Nostrae, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut praesentium transumptis, vel exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, ubicumque locorum, et gentium eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 11. Aprilis a. 1869.

Pontificatus Nostri Anno Vicesimotertio.

N. Card. Paracciani Clarelli.

N. 1751.

Excellentissimus D. Nuntius Apostolicus Vindobonensis, Litteris infra sequentibus contestatur: se accipisse pecuniae summam, quam Clerus populusque fidelis Dioeceseos Tarnoviensis occasione Jubilæi Sacerdotii Sanctissimi Patris, in subsidium Aerarii Pontificii obtulerunt, et pro exhibita hac zelosa liberalitate erga Sanctam Sedem et adhaesione gratias agit.

N. 2031/1.

Illustrissime ac Reverendissime Domine.

Honori ac officio mihi duco certiorem reddere Dominationem Vestrum Illmam ac Rmam rite me accepisse, una cum humanissimis Suis litteris die 16 labentis mensis sub Nr. 1650 datis, eam pecuniae summam, quam Clerus populusque fidelis Dioecesis Tarnoviensis occasione Jubilaei Sacerdotii Sanctissimi Patris in subsidium Aerarii Pontificii obtulerunt....

Pergratum mihi fuit officium curandi, ut haec pia dona, nulla interposita mora ad suam destinationem promoverentur.

Certus sum, quod Sua Sanctitas maximum gaudium et solatium capturus sit ex tanto documento filialis pietatis et intimae adhaesionis Dioecesanorum suorum, qui devotissima sua sensa erga S. Sedem alio quoque splendidissimo modo i. e. per subscriptiones litteris gratulatoriis pro Sanctissimo Patre appositas (supra 96.000 subscr.) manifestarunt.

Dum Dominationi Vestrae Illmae ac Rmae gratias quam maximas ago pro tanta et tam zelosa cura, qua Ipsa amorem fidelitatem et adhaesionem erga Augustissimum Ecclesiae Caput et S. Petri Cathedram in fidelibus suae Dioecesis excitat et conservat, lubenter hac occasione utor, ut sensus intimae meae venerationis et observantaie denuo profitear, quibuscum permaneo

Dominationis Vestrae Illmae ac Rmae

Uti Frater Addictissimus

Viennae die 23. Aprilis 1869. M. Archiep. Athen. Nuntius Apostolicus.

N. 1731.

Wysokie c. k. Namiestnictwo indorsatem z dnia 13. Kwietnia 1869 do L. 5034 udziela nam do wiadomości rozporządzenie c. k. Dyrekcyi pocztowéj odnoszące się do przesyłek pieniężnych nazwą taks konsystoryalnych i alumnatyku oznaczonych, jako od opłaty pocztowéj uwolnionych, które to rozporządzenie w tekście autentycznym Wieleb. Duchowieństwu do wiadomości i zastosowania się podajemy.

Nr. 2887.

Circulare an sämmtliche k. k. Postämter mit Ausnahme jener in der Moldau.

Die geistlichen Dekanatsämter versenden an die vorstehenden Konsistorien Geld-Sendungen, welche eingehobene Konsistorialtaxen und die Alumnatikumsteuer zum Gegenstande haben.

Da diese Gelder zu Gunsten des Religionsfondes, welcher vom Staats-Schatze dotirt wird, einfließen, so sind selbe, wenn sie mit der Bezeichnung: „Konsistorialtaxen" oder „Alumnatikumsteuer" versehen aufgegeben werden, portofrei zu behandeln.

Von der k. k. galizischen Post-Direktion.

Lemberg den 2. März 1869.

Wilhelm Klosse,
k. k. Post-Sekretär.

Tarnów 29. Kwiet. 1869.

Do L. Kons. 1874.

N. 1599/Df.

Obwieszczenie.

Przy losowaniu obligacyj indemnizacyjnych uskutecznionem na dniu 30. Kwietnia 1869 zostały następujące obligacye do spłaty wylosowane, a mianowicie obligacye:

B. funduszu indemnizacyjnego Galicyi zachodniéj.

(XXII. Losowanie.)

Na 50 złr. z kuponami: Nr. 115, 521, 679, 749, 852, 1.315, 1.450, 1.911, 1.983, 2.012, 2.047, 2.111, 2.243, 2.404, 2.409, 2.414, 2.599, 2.630, 2.688, 2.742, 3.099, 3.410, 3.555, 3.885, 4.216, 4.227, 4.318, 4.506, 4.544.

Na 100 złr. z kuponami: Nr. 237, 304, 413, 527, 597, 650, 900, 904, 1.095, 1.282, 1.374, 1.375, 1.424, 1.520, 1.628, 1.736, 1.811, 1.871, 2.038, 2.182, 2.311, 2.600, 2.810, 2.954, 3.054, 3.350, 3.402, 3.766, 3.890, 3.946, 3.982, 4.014, 4.062, 4.108, 4.265, 4.272, 4.314, 4.335, 5.423, 5.521, 5.814, 5.850, 6.004, 6.100, 6.243, 6.269, 6.886, 7.399, 7.463, 7.896, 8.215, 8.218, 8.596, 8.907, 8.951, 9.386, 9.546, 10.022, 10.099, 10.157, 10.198, 10.288, 10.633, 10.828, 10.853, 11.034, 11.047, 11.146, 11.311, 11.646, 11.856, 12.068, 12.192, 12.413, 12.572, 12.700, 12.858, 12.865, 12.997, 13.125, 13.439, 13.664,

13.745, 13.896, 14.016, 14.413, 14.416, 14.727, 14.754, 14.810, 14.887, 14.931, 14.939, 15.383, 15.466, 15.555, 15.707, 15.794, 15.975, 16.402, 16.724, 16.822, 16.848, 18.112, 18.202, 18.267, 19.035, 19.285, 20.256, 20.277, 20.401, 20.479, 20.592, 20.770, 21.078, 21.151, 21.612, 21.869, 22.015, 22.355, 22.441, 22.485.

Na **500** złr. z kuponami: Nr. 255, 561, 599, 613, 627, 835, 1.506, 1.507, 1.567, 1.598, 1.998, 2.013, 2.067, 2.252, 2.255, 2.816, 2.839, 3.259, 3.767, 3.851, 3.938, 3.976, 4.254, 4.281, 4.299, 4.581, 4.910, 4.931.

Na **1000** złr. z kuponami: Nr. 542, 549, 904, 1.143, 1.227, 1.253, 1.526, 1.676, 1.697, 1.888, 2.455, 2.555, 2.597, 2.623, 2.736, 3.536, 3.992, 4.044, 4.160, 4.172, 4.290, 4.428, 4.606, 4.613, 4.686, 4.947, 5.518, 5 570, 5.581, 5.582, 6.210, 6.414, 6.438, 6.554, 6.703, 6.715, 6.861, 7.106, 7.233, 7.469, 7.825, 7.996, 8.160, 8.853, 8.986, 9.068, 9.179, 9.183, 9.221, 9.368, 9.651, 9.660, 10.094, 10.813, 11.242, 11.436, 11.619, 11.656, 11.913.

Nr. 5.319 z częściową kwotą **700** złr.

Na **5.000** złr. z kuponami: Nr. 191, 244, 342, 575, 644, 771, 1.098.

Na **10.000** złr. z kuponami: Nr. 156, 231, 774, 987.

i Lit. A. Nr. 433 na 4.830 złr., Nr. 797 na 12.770 złr., N. 1.508 na 21.150 złr., Nr. 1.683 na 900 złr., Nr. 2.086 na 870 złr., Nr. 2.128 na 90 złr., Nr. 2.456 na 11.640 złr., Nr. 3.083 na 200 złr., Nr. 3.264 na 300 złr., Nr. 3.765 na 250 złr., Nr. 3.809 na 80 złr., Nr. 3.852 na 11.550 złr., Nr. 3.950 na 130 złr., Nr. 3.951 na 60 złr., Nr. 4.210 na 600 złr., Nr. 4.230 na 100 złr., Nr. 4.434 na 150 złr., Nr. 4.499 na 10.000 złr.

Powyższe obligacye wypłacone zostaną wedle istniejących przepisów w wylosowanych kwotach kapitału po upływie sześciu miesięcy od dnia wylosowania w c. k. kasie funduszów indemnizacyjnych we Lwowie, która to kasa na niewylosowaną część obligacyj nowe obligacye wystawi.

W ciągu ostatnich trzech miesięcy przed terminem wypłaty wylosowane obligacye równie c. k. uprzyw. austryacki bank narodowy we Wiedniu eskomptować będzie.

Z c. k. Namiestnictwa jako dyrekcyi funduszów indemnizacyjnych.

Lwów dnia **30.** Kwietnia **1869.**

L. 1775.

U papiezkiego i prymacyalnego księgarza Karola Sartorego w Wiedniu wyszły w dwóch tomach (20 zeszytach) „Katholische Stimmen aus Oesterreich" smagające niemiłosiernie fałszywy liberalizm—w nowém, tańszém o połowę wydaniu, bo zamiast 4 złr. kosztują obecnie te 2 tomy tylko 2 złr. Ponieważ te głosy gruntownie rozbierają piekące czasowe kwestye religijne, świętéj wiary naszéj gorąco bronią i katolikom podają broń do obecnéj walki duchów — przeto zasługują słusznie na to, aby je gorąco zalecić Wielebnemu Duchowieństwu diecezalnemu. Nabywcy całego dzieła otrzymują w dodatku broszurkę sławnego Albana Stolza pod tytułem: „der Wechselbalg" traktującą o cywilném małżeństwie.

II. Mutationes inter Ven. Clerum mensibus Martii et Aprilis a. 1869.

(Continuatio ad Cur. III. ex a. 1869.)

1. Martii 1869. N. 936. R. Eduardus **Sikora** anteactus Admin. in Dankowice applicatus qua Coop. ad Cięcina.
3. dtto N. 966. R. Stan. **Gancarz** Coop. in Ciężkowice institutus pro Wadowice (pag.)
dtto dtto R. Ignat. **Balon** Admin. in Wadowice applic. qua Coop. ad Ciężkowice.
9. dtto N. 1068. Jos. **Pabian** Capel. castr. applic. qua Coop. ad Bolesław.
dtto dtto Jos. **Zychowicz** Coop. in Bolesław transf. ad Mielec.
dtto dtto Jos. **Michalik** Coop. in Mielec appl. ad Czchów.
12. dtto N. 1097. Franc. **Sitarski** Capel. castr. appl. qua Coop. ad Wojnicz.
dtto N. 1497. R. Adalb. **Guzik** Coop. in Pcim factus ibidem Admin. post discessum Par. A. R. Adalb. Łapiński, qui pane deficientium provisus est.
13. Aprilis 1869. N. 1598. A. R. Stanisl. **Januszkiewicz** Vicar. cath. et par. Tarnov. instit. pro Łękawica.
dtto dtto R. Mich. **Obrochta** Adm. in Łękawica appl. qua Coop. ad Łęki.

N. 1815. — 1989. — 1902. — 1880.

Piis ad aram precibus commendantur animae:

1) Stanislai Walusiak Alumni Seminarii Dioecesani, IV. anni Theologiae Auditoris a. 1844 nati, qui provisus SS. Sacramentis, die 28. Apr. 1869 hora 11 antemeridiana, lenta phtisi in Seminario in Domino obiit.

2) Leonis Kalita item Alumni Seminarii Dioecesani VIII. classis gymn. studiosi, aetatis a. 19 post provis. Sacramentis moribund. die 9. Maji 1869 in Wieliczka demortui.

3) R. Joan. Zubritski Cooperatoris Expos. in Izdebnik, die 30. Aprilis 1869 hora 7 mane post sacram provisionem defuncti, consumato aetatis a. 60, sacerdotii vero 37 anno.

4) A. R. Andreae Waligórski Parochi in Słupiec, qui anno aetatis 74, sacerdotii vero 46, SS. Sacramentis provisus factaque ultima dispositione die 3. Maji 1869 hora 7 mane est defunctus. Requiescant in pace!

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 18. Maji 1869.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

JOANNES FIGWER, Cancellarius.

Tarnoviae. Impensis Consistorii, typis Anastasii Rusinowski, 1869.